BREVIARIUM SALISBURGENSE
Salzburg, um 1475 Seite 317v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8456
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tum publice stacōis intret q̄
lumen manu nō tenuerit tā
q̄m scz dn̄m in templo oblatu
ri. ymo eciā suscepturi fidei
lumen quo interius fulgent.
extius oblacōis sue religiōe
demonstrent. Tu R. Cum in
ducerent puerū ihm parentes ei⁹
accepit eū symeon in ulnas suas
et bn̄dixit eū et dixit Nūc dimittis
dn̄e seruū tuū in pace V. Qui vi
derūt oculi mei salutare tuū qd̄
pasti ante faciem oīm populorū
Nunc Hodie namq; iuxta
legem atq; ewangeliū pactis
a natiuitate xpi quadragin
ta diebus in templo est a pa
rentib⁹ idem dn̄s pn̄tatus.
hodie a scto symeone suscept⁹.
pri q; cū sanctis mūrib⁹ obla
tus. hodie redemptōem isrl'
expectantib⁹ ab eodē symeo
ne et anna publice p̄dicatus
O q̄m piū spectaclm quo non
nisi py delectari probantur
Stat hinc virgo et mater
non cui⁹cūq; sed dei Suscipi
tur hinc paruulus virginis
filius. cui⁹ diuinitatē nō ca
pit mūdus Occurrūt hinc in
de ꝓphete. atq; vterq; sexus
de puero ꝓphetat Offertur

oblacō p puero nō tn̄ q̄ deli
cta emundet. sed q̄ sacramen
ta declaret Tu R. Gaude ma
ria virgo cūctas hereses sola in
teremisti que gabrielis archange
li dictis credidisti Dū virgo deum
et hoīem genuisti et post partum
virgo inuiolata ꝑmansisti V. Ga
brielem archangelū credidim⁹ di
uinitus te esse affatū. vterū tuum
de spū scto credim⁹ impregnatum.
erubescat iudeus infelix qui dicit
xpm ex ioseph semīe esse natū Dū
V. Gl'a virtus et gr̄a tibi sit al
tissime rex celoꝝ annue nobis g̃
tuito mune' subleuamen. gloriose
tu deus in sanctis ostende tuis fa
mulis p̄mia post laborem Dū v.
Symeon ius. Ad laudes an̄
tus et timoratus expectabat re
demptōem isrl' et spūs sanctus
erat in eo an̄ Responsū accepit
symeon a spū scto nō visurū se
mortem nisi videret dn̄m an̄ Acci
piens symeon puerū in manibus
gracias agens bn̄dixit dn̄m. an̄
Tolle puerū et matrē ei⁹ et vade
in t̄ram iuda an̄ Reuerte' in t̄rā
iuda. mortui sunt em̄ qui q̄rebāt
aīam pueri Cap̄ Scitis gra
ciam dn̄i nr̄i ihu xpi q̄a cū
diues esset pro nobis pauꝑ